



Q. XI, 94.

[Cat. IV, 515.]







# 21.19.00000

卷之三

RECTOR ACADEMIÆ SALANÆ  
**SEVERUS CHRISTOPHORUS OLPIUS,**

Poef. P. P. Ordinar. ac Moral. Extraordinarius unà cum cæteris Professoribus

L. D. S.

**N**atura inter omnes homines cognitionem voluit, ut alter alteri insidiari nefas duceret. Sed ut cæterorum; sic & hujus instituti adeò immemores multi vivunt, ut cum cognitionis officio ipsam non immetit humanitatem deposuisse dicantur. Erras enim, ut Seneca loquitur, si istorum, qui tibi occurunt, vultibus credis. Hominum effigies habent; animos ferarum. Quidam, autore Epiceto, lupi similes sunt, infidi, insidiatore, noxi: alii leonibus, agrestes, feroce, immanes: plerique vulpeculis, detractores, & fraudulent. A quibus omnibus tot ac tanta semper pericula imminent, ut aliunde neque plura, neque majora. Minatur domus ruinam: terra hiatum: tempestas fulmen. Sed pleraque hæc incidunt; non insidiantur. Impudent; sed nocendi occasionem, ut homines, neque querunt, neque captant. Rarò eveniunt; sed homini ab homine periculum quotidianum est. Prævideri solent, sæpiusque devitari; sed quæ ab homine perniciē, subita plerunque ac inevitabilis est. Quare plures omnibus temporibus hominum culpā, quam vel suæ valetudinis vitio vel aliis infortuniis interemos videas. Qvas unō sæpius die bella dare solent strages! Qvot duellis privatis, qvot clanculariis pereunt sceleribus? Qvot odiis, invidiā aliis que inimicorum artibus exccruiati succumbunt! Tot sanè, qvot enarrare non sinit pudor. Sed qvid pudet referre, quod in hunc usque diem multos non pudet facere? Qvandoqvidem, qvi hodie urbe nostrâ effertur, simili mortis gradu, ut nostis, non ita pridem extictus est. Juvenis scilicet, dum viveret, spei bonæ multæque, JOHANNES JACOBUS Schmidt/ Phil. ac Jurisprudentiæ Studiofus maximè industrius. Cujus natales quod attinet, Patrem reliquit Virum Amplissimum, Prudentissimum ac perquam Consulatum, Dn. JACOBUM Schmidt/Civitatis Sangerhusanæ Consulem Primarium, Matrem lectissinam fæminam, Mariam, Dn. Philippi Mogii, Senatoris ibidem filiam. A quibus Anno M. DC. XXXIX. in lucem editus non solum mature sacrâ aquâ aspersus, sed sub cura etiam partim Parentum, partim Præceptorum ad pietatem tantosque in literis profectus educatus fuit, ut anno M DC LV. in Gymnasium Vinariense alegaretur; Ubi, cùm Ductore Viro Clarissimo ac Doctissimo M. Joachimo Knapio, Rectore ibidem fidelissimo, non modica eruditio incrementa fecisset, in sequente L VIII. anno Lipsiam perrexit, altioraque, ut vocant, studia, tam Philosophica, quam Juridica Præceptoribus Nobilissimis, Amplissimis ac Excellentissimis Viris, Dnn. D. Bornio, D. Schvendendorfero, & M. Thomasio, illis Jurisprudentiæ, hoc Philosophiæ, Professoribus celeerrimis; itemque Nobiliss. Consultiss. Dn. D. Schlumpio, aliisque satis feliciter aggressus est. Relicta Lipsia peragravit inferiorem Saxoniam, Holsatiam aliasque provincias, unde redux Helmstadii resedit, ubi Nobilissimo, Consultissimo atque Excellentissimo Dn. Enoch Glescro J. U. D. & P. P. non solum hospite, sed etiam Præceptore ita usus est, ut Collegio ejus Schnobeliano interesset, eodemque præside publicam disputationem dexterim haberet. Nec minùs Nobiliss. Consultiss. atque Excellentiss. Dn. Joh. Eichelium, itidem J.V.D. ac P. P. celeerrimum, Grotii libros de J. B. ac P. prælegentem ibidem diligentissime audivit. Superiori verò anno huc accessionem fecit, ubi quoad victimum Virum admodum Reverendum ac Excellentissimum, Dn. Sebastianum Niemannum, S.S. Th. D. ac P. P. Dn. Collegam nostrum honoratissimum; quoad studia Virum præsertim Nobilissimum ac Consultissimum Dn. D. Adrianum in Beyerum, Practicum h.l. felicissimum ad informacionem privatam sibi selegit. Vita, quam apud nos exegit, integra semper ac pia fuit. Nisi quod novissimâ IX. Junii die, quæ feriarum Pentecostalium tertia erat, partim ebrietate, partim juvenili errore deceptus nocturnum, quod morte nunc expiavit, infortunium incurrit. Ubi noctu, licet non nisi occasione aliunde acceptâ, domum egredens, cumque fortuitu, ut videtur, in aliorum altercationes ac digladiationes incideret, commensali, quem imploratus periclitari crediderat, auxilium latus, seipsum in summum, ac, ut eventus docuit, fatale periculum adduxit. Vix enim præstantium globo immisus est, cùm hostili à tergo, ut vulnus monstravit, gladio peteretur, qui se per epar alteraque per diaphragma vice penetrando tanta fecit vulnera, quanta vitam diu superesse non sinunt. Volente tamen Divinâ clementiâ anima non momento cum cruce effusa est, sed ad sequentem usque meridiem moras fecit. Moribundus igitur & animæ suæ salutem devotè querens, matutinâ Horâ Nonâ plurimum Reverendum, Amplissimum atque Excellentissimum Dn. Christianum Chemnitium, S.S. Th. D. P. P. Pastorem ac Superintendentem, ad se vocari jussit. Cui, paternè monitus de eo, quod vias suas reliquisset, & tanto se exposuisset periculo, humanam hanc infirmitatem, unà cum omnibus peccatis suis, loco Dei, præsente Pl. Reverendo Amplissimo atque Excellentissimo Dn. D. NIEMANNO, P. P. & Hospite suo, humilime confessus est: à quibus & statim absolutus, ac venerabili Sacramento Coenæ ad beatam solutionem mortalitatis viaticatus fuit. Quæ ipsa Absolutio circa horam II. pomeridianam, repetita, ita agonizantem refecit, ut utroque brachio Ejusdem impositam manum & brachium prehendens, verba absolutionis & benedictionis Ecclesiasticæ non solum voce sonorâ secutus fuerit, sed etiam dixerit: Veni igitur, mi Jesu, tolle nunc animam meam, nec sine me diu torqueri! Post quæ placide, inter repetitas inclamationes: Domine, in manus tuas commendó Spiritum meum! vitam finivit, animamque suam D. E. o creatori reddidit. Adeoque, postquam & percussori malefactum condonasset; violentum vulnus in placidissimam mortem, & viam vitæ xternæ ipsi cessit. Deus solitur parentes moestissimos, percussorem tradat Magistratui, & omnes custodiat à Satanæ potestate. Quo nomine & Nostrros monemus; ut sibi caveant, Nostramque vocem & monita, quæ Dei sunt; ac maximè Ministrorum Dei mōrigeri sequantur! P. P. d. XIII. Junii anno M. DC. LXIII.

LITERIS SENGENVALLIANIS.





Le 22.00

ULB Halle

004 977 661

3



KD 77

W.C.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-93212-p0010-4

DFG

RECTOR ACADEMIÆ SALANÆ  
**SEVERUS CHRISTOPHORUS OLPIUS,**

Poef. P. P. Ordinar. ac Moral. Extraordinarius unà cum cæteris Professoribus

L. D. S.

**N**atura inter omnes homines cognitionem voluit, ut alterius insidiari nefas duceret. Sed ut cæterorum; sic & hujus instituti adeò immemores multi vivunt, ut cum cognitionis officio ipsam non immetit humanitatem deposuisse dicantur. Erras enim, ut Seneca loquitur, si istorum habent; animos ferarum. Quidam, autore Epiceto, lupi similes sunt, infidi, insidiato vulpeculis, detractores, & fraudulenti. A quibus omnibus tot ac tanta semper periculum domus ruinam: terra hiatum: tempestas fulmen. Sed pleraque hæc incidunt; non insidiæ neque querunt, neque captant. Rarò eveniunt; sed homini ab homine periculum quod ab homine perniciens, subita plerunque ac inevitabilis est. Quare plures omnibus temporibus hominum culpas vides. Qvas unô sèpius die bella dare solent strages! Qvot duellis privatis, qvot clanculariis pereunt scelerati cruciati succumbunt! Tot sane, qvot enarrare non sinit pudor. Sed qvid pudet referre, quod in hunc usque di urbe nostrâ effertur, simili mortis gradu, ut nostis, non ita pridem extinctus est. Juvenis scilicet, dum viveret Schmidt/ Phil. ac Jurisprudentia studiosus maximè industrius. Cujus natales quod attinet, Patrem reliquit Dn. JACOBUM Schmidt/Civitatis Sangerhusanæ Consulem Primarium, Matrem lectissimam fœminam quibus Anno M. DC. XXXIX. in lucem editus non solum mature sacrâ aquâ aspersus, sed sub cura etiam pa in literis profectus educatus fuit, ut anno M DC LV. in Gymnasium Vinariente ablegaretur; Ubi, cum Ducto Rectore ibidem fidelissimo, non modica eruditionis incrementa fecisset, in sequente L VIII. anno Lipsiam per Juridica Præceptoribus Nobilissimis, Amplissimis ac Excellentissimis Viris, Dnn. D. Bornio, D. Schvendene phia, Professoribus celeerrimis; itemque Nobiliss. Consultiss. Dn. D. Schlumpio, aliisque satis feliciter aggregatis, Holsatiam aliasque provincias, unde redux Helmstadii resedit, ubi Nobilissimo, Consultissimo atque Excellentissimo, spite, sed etiam Præceptore ita usus est, ut Collegio ejus Schnobeliano interesset, eodemque præside publicam Consultiss. atque Excellentiss. Dn. Joh. Eichelium, itidem J.V.D. ac P.P. celeerrimum, Grotii libros de J. B. ri verò anno huc accessionem fecit, ubi quoad victimum Virum admodum Reverendum ac Excellentissimum, Dn. legam nostrum honoratissimum; quoad studia Virum præsertim Nobilissimum ac Consultissimum Dn. D. Adrianum privatam sibi selegit. Vita, quam apud nos exegit, integra semper ac pia fuit. Nisi quod novissimâ IX. Junii nocti brietate, partim juvenili errore deceptus nocturnum, quod morte nunc expiavit, infortunium incurrit. Ubi noctis, cumque fortuitù, ut videtur, in aliorum altercationes ac digladiationes incideret, commensali, quem impli summum, ac, ut eventus docuit, fatale periculum adduxit. Vix enim præiantium globo immisus est, cum hostem per epar alteraque per diaphragma vice penetrando tanta fecit vulnera, quanta vitam diu superesse non sinunt. cum cruento effusa est, sed ad sequentem usque meridiem moras fecit. Moribundus igitur & animæ suæ salutem, Amplissimum atque Excellentissimum Dn. Christianum Chemnitium, S.S. Th.D. P.P. Pastorem ac solutionem mortalitatis viaticatus fuit. Quæ ipsa Absolutio circa horam II. pomeridianam, repetita, ita agonizans manum & brachium prehendens, verba absolutionis & benedictionis Ecclesiasticæ non solum voce sonorâ sed animam meam, nec sine me diu torqueri! Post quæ placide, inter repetitas clamaciones: Domine, in manus tuas con DEO creatori reddidit. Adeoque, postquam & percussori malefactum condonasset; violentum vulnus in placidum letur parentes molestissimos, percussorem tradat Magistratui, & omnes custodiat à Satanæ potestate. Quo nomine & monita, quæ Dei sunt; ac maximè Ministrorum Dei morigeri sequantur! P.P. d. XIII. Junii anno M. DC. I.



© The Tiffen Company, 2007

**TIFFEN® Color Control Patches**

LITERIS SENGENVALDIANIS.

